Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



110

& scribis. & damnabunt eum morte.
Et tradent eum gentibus. & illudent ei. & con
spuent eum. & flagellabunt eum. & interfi
cient eum. & tertia die resurget. Et acce
dunt ad illum iacobus & iohannes filii
zebedei dicentes. Magister. uolumus ut
quodcumq; petierimus facias nobis. At ille
dixit eis. Quid uultis ut faciam uobis. Et dix
erunt. Da nobis ut unus ad dexteram tuam
& alius ad sinistram tuam sedeamus in gla
tia. Ihs autem ait eis. Nescitis quid petatis.
Potestis calicem bibere quem ego bibo. Aut baptismum q̃ ego baptizor baptizari. At illi
dixerunt ei. Possumus. Ihs autem ait eis.
Calicem quidem quem ego bibo bibetis. & bap
tismum quo ego baptizor baptizabimini.
sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram
non est meum dare uobis. sed quibus paratum est.
Et audientes decem. coeperunt indignari
de iacobo & iohe. Ihs autem uocans eos. ait

R. M. cxiii. VL. M. ccii.

R. M. cxiiii. VL. M. ccii. L. ccl xx.